



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 231

V In qua[n]ta claritate ab electis fuis videbitur Deus in regno fuo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

LIBER PRIMVS.

in forma visibilis creaturæ, in qua pro dispensatiōe temporū, vbi voluit, & quibus voluit, iustis apparuit, nec potuit nec potest videri, sed poterit cum ad supernam patriam peregrinatio nostra peruenerit, & mortale nostrum immortalitas beata vestierit, atq; ad cōtemplationem diuinam, vel perceptionem celestium præmiorum, omnes vere fideles, fides ipsa, quæ hic futura credebantur, impleta perduxerit.

Quod hic per fidē potest, in futuro autē poterit Deus videri per speciē. Cap. III.

AIt enim sanctus Apostolus: Per fidem ambulamus, non per speciem. Fides ergo est per quam ambulatur, & species quæ videtur. Quia in hac vita vbi per fidem bene viuendo proficimus, bonorum operum quodammodo passibus ambulamus. In futuro autem peruenientes ad speciem iam non erit quo vel vt proficiendo vltius ambulemus, sed ipsam speciem, ad quam per fidem spiritalem ambulamus, peruenimus, insatiabili delectatiōe videbimus. In quantum autem valet humana mens, quam suus creator ad suam fecit imaginē, studeat etiam hic intelligibiliter Deum videre per fidem, vt eum plenius videat cum peruenerit munere ipsius conditoris sui ad speciem.

In quanta claritate ab electis suis videbitur Deus in regno suo.

Caput . V.

Prosp.
2. Cor. 5.

HAY. DE VARIET. LIB.

Beda. **Mat. 17.** **I**n ea claritate qua discipuli viderunt dñm fulgentem in monte, in ea peracto iudicio ab omnibus Sanctis in regno suo videbitur. Sed qđ mortales adhuc, corruptibiles discipulorū oculi sufferre nequiverunt, tunc per resurrectionē iam facta incorruptibilis, potēter intueri sufficit omnis ecclesia Sanctorū, **Esa. 33.** de qua scriptum est: Regem in decore suo videbunt oculi eius. Decorem illū, gloriam illā, pulchritudinē illam, magnificentiā illam, virtutē illā, claritatē illā, maiestatē illā, q̄lis per omnia sit, nulla vox hoīm dicere potuit aut potest. Cōferam⁹ oculos ad illū mōtē in quo transformatus est Christus, & videamus splendorē eius, illum quo tunc transformatione resplenduit, nec sic quidem inueniemus cunctā nobis illius claritatē futuriq; seculi gloriam patefactam. Illa enim transformatio facta est non in quantū bonorum futuroꝝ veritas habet, sed quantū ferre oculi poterant intuentem. Sic enim in euangelio dicit: **Mat. 17.** Quia resplenduit sicut sol. Incorruptorū autē gloria corporū, non hoc tantum splendoris emittit, quantū ex ista corruptibili luce procedit, nec talem lucē, q̄lem nunc mortales oculi capere possunt, sed tantus erit futurae lucis splendor, quantū corpore⁹ ferre nō possit aspectus, cū tamen illum tulerit qui in mōtis transformatione resplenduit. Vnde ostenditur, quā tantum reuelatum sit, quantū ferre mortaliū oculi potuerūt. Nec tamen tulerunt ex integro, sed ceciderunt (inquit) in faciem suam super terram.

De resurrectione, ⁊ vita Sanctorum.